

pedesque<sup>a</sup> XVI; hinc leo simul cum catulis rugitum dabunt<sup>b</sup> surgentque in ipsum; debilitabit leonem pardus et duos ex catulis devorabit, partem capitis, quam aquile<sup>c</sup> subtraxerat, evellet pardus. Hinc<sup>d</sup> leo arte fatus<sup>e</sup> apellinea<sup>f</sup> non<sup>g</sup> resurget<sup>h</sup>, donec leena<sup>i</sup> virili animo pardam pardumque percutiat, et triumphans in ipsum non modice capud unum evellet imponetque leoni. Hinc leo resumpta virtute pardum vorabit, et non erit ultra semen aquile.

Leonis vero rugitum<sup>k</sup> pertimescent Danay, venietque Biçanciam<sup>l</sup>, et rursus<sup>m</sup> prophanabitur<sup>n</sup>, nec<sup>o</sup> erit ultra gloria eius. Hyrcus triceps tria amittet capita, et non erit ultra<sup>p</sup> semen ipsius. Porro leo hyrcos tributo supponet, nec hyrcus balabit<sup>q</sup>, nec gallus concinet, set erit hyrcorum subsannatio, humiliatio<sup>r</sup>, sponsamque non sponte pertimescent. Dividetur autem in scepra quatuor sese vorantia<sup>s</sup> locus Danaum. Et conteret leo regionem Asye, ut capita bestie debilitet<sup>t</sup> et confringat<sup>u</sup>; agnum collocabit<sup>v</sup> in sceprum bestie, et usque huc sedes<sup>w</sup> eius, et modicum tempus erit.

Post<sup>x</sup> abhominationem sequetur<sup>y</sup> examen; signa precedent, erit<sup>z</sup> in elementis quatuor extra morem coloris cursusque mutatio. Epiphanos<sup>a</sup> erit ut aer quandoque croceus, quandoque piceus<sup>b</sup>, nunc viridis, nunc sardineus<sup>c</sup> apparebit. Set sinthius<sup>d</sup> nunc<sup>e</sup> in X, nunc in III<sup>or</sup>, nunc in duas partes scindetur, luna cum sole concurret<sup>f</sup>; et obstupescant terrigene, cum viderint stellas sanguineas. Item<sup>g</sup> tellus sudorem emittet<sup>h</sup>, per loca fontes sanguinei<sup>i</sup> emanabunt, eritque terribilis commotionis indicium. Erit enim<sup>k</sup> regnorum invicem<sup>l</sup> concussio<sup>m</sup>, sedium occupatio, terremotus et fames. Matres in panis cupidinem<sup>n</sup> filios<sup>o</sup> et filias humiliabunt in stuprum. Ignis ardebit ferventius mutato colore, et per loca et provincias penitus extinguetur. Mare in turbine terribili usque ad vertices<sup>p</sup> montium procellas emittet<sup>q</sup> et nunc in summum, nunc

---

a) et pedes 3. b) dabit 4. 5. c) aquila 3. d) 'Hinc — leoni' fehlt 3. e) leo fortis 4. f) appellinea 1; apollinea 2; apolitam 5; fehlt 4. g) Fehlt 5. h) surget 4. i) 'ursi' setzt hinzu 5. k) rugitus 2. l) Bisantium 4; in Bisantium 5. m) ursus 3; circus 5. n) prophanabit 2; propalabitur 3. o) non 5. p) Fehlt 2. 3. 4. q) bellabit 2. r) et hum. 5. s) vorantium 4. t) 'deb. et' fehlt 3. u) constringat 2; confringatur 3. v) colebit 3. w) sed's 2; pedes 3. x) Hiervor Ueberschrift in 2: Recapitulacio ad ea que dixerat de abhominacione et examine. y) consequetur 4. z) 'enim' setzt zu 5. a) ephyphanos 1; in 3 Gl.: s. superna apparicio; 'Ep. erit ut' fehlt 5. b) pasenus 5. c) cardineus 3. d) sinxhius 2; cinthais 3; 'Set — scindetur' fehlt 5. e) Fehlt 3. f) concurrent 2. 3; conferetur 5. g) 'I. t. s. em.' fehlt 5. h) 'sanguineum' setzt hinzu 1. i) sanguine 3. k) Eritque 4. l) Fehlt 4. m) confusio 3. n) cupidine 1; egestate 5. o) filias et filios 4. p) verticem 3. 5. q) procellis eminebit 4.